

difficultatibus extra Ordinem conferendo, Magistratus et Com-
munitas pro subiectionis suae debito, nihil in se, quo prom-
ittentiam suam magis magisque testatam redderet, deserviri
passi sunt. Ac licet hoc tempore Miles iste extraneus, qui
Villanis et Civitati huic mirum in modum gravis et mo-
lestus est, segetes etiam aquarum inundatione corrupte, aliq-
mulla tenuitatem Civitatis huius excusare, et subsidio con-
ferendo eliberare possent: ne tamen Reipub pro loco suo
desuisse viderantur, recipiunt ac pollicentur, se primo quoq tem-
pore summam quinq millium florenoru poloniarum ex fa-
cultatibus suis collectam, intra decursum quatuor septima-
narum in manus Magnifici ac Generosi Dni Nunci-
tradituros esse. Nec dubitant S^m R^m. M^{tem} hanc
promptitudoinem, pro tenuitate sua inclinatam, a Magistra-
tu et Communitate Clementissime accepturam, et non tam
exiguam, quae presentatur, summam: quam debita fidei ac
subiectionis obsequia respecturam. Futurim Magistratus
et Communitas humilime petunt, ut Magnificus et Generosus
Dns Nuncius, Causam Parochialis, quae nos propter Pri-
vilegia nostra et pacificum Templorum Usu ac publicam
tranquillitatem uehementer sollicitos reddet, Sa. Ra. M^{ti}
benigne commendare, proq beneuolentia erga Civitatem hanc
sua, gratiose intercedere uelit, ne rigori Ducis Regij
Civitas hae subiacere, sed Privilegijs suis Vti frui ac gaudi-
re possit: Quomodo in latius Magico ac Genero-
so Dno Nuncio hic exposita sunt, quibz nobis operam
suam hac in parte beneuoli detulit.
Quod reliquum est, Sa. Ra. M^{ti}. Dno nro Clementissimo

cum Prosapia Vniuersa Regia, diuturnam Valentiam, felicissi-
mos rerum successus à prepotente Deo humiliter optamus. In
cuius rei fidem sigillum Ciuitatis huius presentibus est subappos-
sum. Actum Elbingae, die, mense et Anno, quibus supra.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

